angelꝫ dn̄i ſcīꝫ religauit nos· et
cruciamur catenis igneis· Dicit
eis iacobꝫ· In noīe p̄ris et filÿ et
ſp̄us ſcī· exoluet vos angelus dei
ita ut reuertentes ad hermogenem
nō eū ledatis ſed vinctū illum huc
adducatis· Qui cum abiſſet ligaue-
runt ei dereſtibꝫ manus atergo·
et ſic eū adduxerunt adiacobum di-
centes ei· Miſiſti nos vbi incenſi
ſumꝫ et torti· et intolerabiliter con-
ſumati· Interea cū adiacobū fuiſſet
adductꝫ· dicit ei iacobꝫ aplꝯ dei· Stul-
tiſſime hominū cū inimico generis
humani racionē te habere credis·
Quare nō cōſideras quem rogaſti
ut mitteret tibi angelos ſuos ad
leſionē meā· quos ego adhuc non
p̄mitto ut furorē ſuū oſtēdāt tibi·
Clamabant quoqꝫ demonia ipā di-
cencia· Da nobis eum inp̄tate· ut poſſ-
imꝰ et tuas iniurias vindicare et
n̄ra incendia· Dicit eis iacobꝫ· Ecce
philetꝰ ante vos ſtat· cur eum non
tenetis· Dicūt ei demones· Nos non
poſſumꝰ nec formicā que ī cubiculo
tuo eſt contingere· Tūc btꝰ iacobꝫ
dixit ad philetū· ut cognoſcas ſcolam
dn̄i mei ih̄u x̄ hāc ēē· ut diſcāt hoīes
bona p malis reddere· Ille te ligauit
tu ſolue eū· Ille te vinctū ademonÿs
ad ſe conatꝰ eſt adducere· tu aūt captꝰ
ademonÿs liberū abire p̄mitte· At
ubi ſoluit eū philetꝰ confuſus eſt· et
humilis atqꝫ deiectꝰ cepit ſtare her-
mogenes· Dicit ei iacobꝫ· Vade liber
quocūqꝫ volueris· nō eſt enī diſciplīe
m̄re ut inuitꝰ aliq̄s conuertatur· Di-
cit ei hermogenes· Ego noui iras
demonū· niſi dederis michi aliquid
quod mecū habeam· tenebūt me et
diuerſis penis interficient· Tūc dicit
ei iacobꝫ· Accipe tibi baculū itineris
mei et cū eo p̄ge ſecurꝰ quocūqꝫ
volueris· Et accipiens baculū ap̄li
iuit ad domū ſuā et poſuit ſup̄ cer-
uicem ſuā et ſup̄ ceruices diſcipłoꝝ
ſuorū· et accepit zabernas plenas
codicibꝫ et attulit famulo dei· volēs
eos igni cremare· Dicit ei iacobus·
Ne forte odor incendÿ vexet īcautos·
mitte inter zabernas petras et plū-
bum et fac eas demergi ī mare· Ad
cū feciſſet hermogenes· rurſꝰ tenere
cepit plantas ap̄li· rogans eum et
dicens· Animarū liberator accipe
penitentem· quem inuidentem et de-
trahentem hactenꝰ ſuſtinuiſti· Rndit
iacobꝫ et dixit· Si verā deo penitēciā
obtuleris· verā eius indulgenciam
conſequeris· Dixit ei hermogenes·
In tantū verā deo penitenciā offero·
ut oēs codices meos in q̄bꝫ erat illicita
p̄ſumpcio abiecerim· et oībꝫ ſimul
renūciauerim artibꝫ inimici· Dicit
ei ap̄lꝯ· Nūc vade p domos eorū quos
ſubuertiſti· ut p te reuocēs ſuo dn̄o
quos ei tuliſti· Doce ēē verum quod
docebas falſū· et hoc eſſe falſum quod
docebas verū· Ydolum quoqꝫ qd̄ ador-
abas· et diuinaciones quas putabas
abeo reſpondere cōfringe· Pecunias
quas de malo ope acquiſiſti· in bonis
opibꝫ expende· ut ſicut fuiſti filius
diaboli imitando diabolū· efficiaris
filiꝰ dei imitando deū· qui cottidie
eciam ingratis beneficia p̄ſtat· et ſe
blaſphemantibꝫ exhibet alimenta·
Si enī cū malꝰ eſſes apud deū· bonus
circa te extitit deus· q̄nto magis erit
circa te benignior ſi malꝰ eſſe ceſſa-
ueris· et bonis ei cepis opibꝫ placere·
Hec et hÿs ſimilia dicente ſc̄o iacobo·
in oībꝫ ei obtēperabat hermogenes·
Et ita cepit in dei ēē timore p̄fectꝰ·
ut iā v̄tutes plurimas p eū faceret
dn̄s· Videntes ī iudei qꝫ hūc magū
quē inuictū putabāt· ita cōuertiſſet
ut eciā oēs diſcipuli et amici eiꝰ q̄
ſolebant ad ſynagogam conuenire
dn̄o ih̄u xp̄o p iacobum credidiſſet·
Obtulerūt pecunias centurionibꝫ
duobꝫ qui p̄erant iherosolimis lyſie
et theocriſto· et tenuerūt eū· et mi-
ſerūt in cuſtodia· Facta aūt de ap̄lo
ſedicione· dictū eſt debere eū duci
foras· et ſcdm̄ legem audiri· Tunc
pharisei dicebant ei· Ut qd̄ p̄dicas
ih̄m hoīez q̄ inter latrones crucifi-
xum omnes ſcimꝰ· Tūc iacobus
repletus ſp̄u ſc̄o dixit· Audite viri
fratres· et omnes qui vos filios

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 56r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/56r)